

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**T. Livii Patavini Historicorum omnium Romanorum ... libri
omnes**

Livius, Titus

Francofurdi, 1648

Liber I

urn:nbn:de:bsz:31-105429

LIBER I.

EACTURVS ne operæ preцium sum,
 si à primordio vrbis res populi Roma-
 ni perscripsi serim, nec satis scio: nec si
 sciām, dicere ausim, quippe qui cum
 veterem tum vulgatam esse rem vi-
 deam, dum noui semper scriptores aut in rebus cer-
 tius aliquid allatueros se, aut scribendi arte rudem
 vetustatem superatueros credunt. Vt cunq; erit: in-
 uabit tamen rerum gestarū memoriae principis ter-
 rarum populi pro virili parte & meipsum consuluisse
 se. Et si in tanta scriptorum turba, mea fama in ob-
 scure est, nobilitate ac magnitudine eorum qui no-
 mini officient meo, me consoler. Res est preterea &
 immensu operis, vt quæ supra septingentelimum
 annum repetatur: & quæ ab exiguis profecta initisi,
 eo creuerit, vt iam magnitudine laboret sua: &
 legentium plerisq; haud dubito, quin primæ origi-
 nes, proximaq; originibus, minus præbitura volu-
 ptatis sint, festinantibus ad hæc noua, quib; iam pri-
 dem prævalentis populi vires se ipse cōficiunt. Ego
 contra hoc quoq; laboris præmium petam, vt me a
 conspectu malorum quæ nostra tot per annos vidit
 ætas, tantisper certe, dum prisca illa tota mente re-
 peto, auertam, omnis expers curæ, qua scribētis animum, & si non flectere a vero, sollicitum tamen effi-
 cere possit. Quæ ante conditam condendam vrbem,
 poeticis magis decora fabulis, quam incorru-
 pis terū gestarū monimentis traduntur: ea nec af-
 firmare, nec refellere in animo est. Datur hæc venia
 antiquitat, vt misēdo humana diuinis, primordia
 vrbū augustiora faciat. Et si cui populo licere oportet
 consecrare origines suas, & ad deos referre au-
 stores: ea belli gloria est populo Romano, vt cum
 suum, conditorisque sui parentem Martem pot. L.

T. LIVII DEC. I.

sum ferat: tam & hoc gentes humanæ patientur
 quo animo, quam imperium patientur. Sed hæc &
 his similia, ytcunq; animaduerſa aut aſtimata erūt,
 haud equidem in magno ponam diſciſimine. Ad illa
 mihi pro ſe quisque acriter intendat animum, quæ
 vita, qui mores fuerint: per quos viros quibusq; ar-
 tibus, domi militiæ que, & partum & auctum impe-
 riū fit. labente deinde paulatim disciplina, velut
 desidentes primo mores ſequatur animo: deinde ut
 magis magisq; lapsi ſint: tum ire coepiſt p̄cipi-
 tes, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra,
 nec remedia pati poſſumus, peruentum eſt. Hoc il-
 lud eſt p̄cipue in cognitione rerum ſalubre ac fru-
 giferum, omnis te exempli documēta in iuſtri po-
 ſita monumento intueri, vnde tibi tuæq; reipublice
 quod imitare capias: inde ſedum incepit, foedum
 exitu, quod vites. Cæterū aut me amor negocii fu-
 ſepti fallit, aut nulla vñquā reſpublica nec maior,
 nec ſanctior, nec bonis exemplis ditor fuit: nec in
 quam tam ſeræ auraritiam luxuriaq; immigrauerint:
 nec vbi tantus, ac tam diu pauperati ac paſſionis
 honos fuerit: adeo, quanto rerum minus, tanto mi-
 nus cupiditatis erat. Nuper diuitiæ auraritiam, & ab-
 undantes voluptates deſiderium per luxum atq; li-
 bidinem pereundi perdeſtiq; omnia inuexere. Sed
 querela ne tum quidem grata futura, cum forſitan
 & neceſſariæ erunt: ab initio certe tantæ ordiendæ
 rei abſint, cum bonis potius om̄nibus, votisque ac
 precationibus deorum dearumq; ſi vt poëtis, nobis
 quoq; moſ eſſet, libentius inciperemus, vt orſis tan-
 ti operis ſuccellus proſperos darent.

Iam primum omnium ſatis conſtat, Troia capta
 in cæteros ſauit esse Troianos, duobus, Aenea An-
 tenore que & veruſtii iure hospitiū, & quia pacis red-
 dendæ

LIBER I.

umanz patienti
 iuntur. Sed haec &
 ut affimata est,
 discimine. Ad illa
 dat animam, qui
 viros quibusq;
 & auctum impe
 di disciplina, velu
 animo, deinde
 perint pugnare
 s nec via nostra
 nunt est. Horum
 salubre actio
 pera in illustri po
 tuzq; reipublica
 ceptu, foedum
 mor negocii fid
 blica nec magis
 itior fuit: neca
 immigrauerat
 ac parsimonia
 minus, tanto m
 avaritiam, & al
 luxum atq;
 imia inexere. Se
 ruz, cum forci
 e tantz ordient
 nibus, votisq;
 si, vt poetis, mo
 emus, vt oris sa
 dens, & quia pacis n
 den

dendæq; Helena semper autores fuerant, omne ius
 belli Achiuos abstinuisse. Casibus deinde varijs An
 tenotem cum multitudine Henetum, qui seditione
 ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pyle
 mene ad Troiam amissio, quærebant, venisse in inti
 mum maris Adriatici sinum: Euganeisq; qui inter
 mare alpesq; incolebant, pulsis, Henetos Troianos q
 que eas tenuisse terras, & in quem primum egressi
 sunt locum, Troia vocatur: pagoque inde Troia no
 men est, gens vniuersa Veneti appellati. & neam ab
 simili clade domo profugum, sed ad maiora rerum
 initia ducentib, fatis, primo in Macedoniā venisse,
 inde in Siciliam quærentem sedes delatum: ab Sici
 lia clasē Laurentem agrum tenuisse. Troia & huic
 loco nomen est, ibi egressi Troiani, vt quibus ab im
 menso propè errore nihil præteratma & naues su
 peresset, cum prædam ex agris agerent, Latinus rex
 Aboriginesq; qui tum ea tenebant loca ad arcendā
 vim aduenarum armati ex vrbe atque agris concur
 rūt. Duplex exinde fama est, aliij prelio viestum Lat
 inum pacem cū & nea, deinde affinitatem iunxisse
 tradunt alii, cum instructa acies constitissent, prius
 quā signa canerent, processu Latinum inter pri
 more, ducemq; aduenarum euocassi ad colloquiu:
 percontatum deinde qui mortales essent, vnde, aut
 quo casu profecti domo, quidve quærentes in agrū
 Laurentem exsident: postquam audierit multitudi
 nem Troianos esse, ducem & neam, filium Anchise
 & Veneris, cremata patria & domo profugos, sedem
 condendæq; viril locum quærere: & nobilitatē ad
 miratum gentis viriq; & animum vel bello vel paci
 paratum, dextera data fidem furna: & amicitia fan
 sissee. Inde foedus istum inter duces, inter exercitus
 salutationem factam. & neam apud Latinum fuisse

A 3

in hospitio. ibi Latinum apud penates deos domesticum publico adiunxit se fœdus, filia Aeneas in matrimonium data. ea res vtiq; Troianis spem affirmat, tandem stabili certaq; sede finiendi erroris. Oppidum condunt. Aeneas ab nomine vxoris Lauinium appellat. Breui stirps quoq; virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixerent nomine. Bellio deinde Aborigines Troianiq; simul petiti. Turnus rex Rutulorum, cui pasta Lauinia ante aduentum Aeneas fuerat, prælatum sibi aduenam ægre patiens, simul Aeneas Latinoq; bellū intulerat. Neutra acies lata ex eo certamine abiit. vieti Rutuli. victores Aborigines Troianiq; ducem Latinū amiserent. Inde Turnus Rutuliq; diffisi rebus, ad florentes Hetruscorum opes, Mezentiumq; eorum regem cōfugiunt, qui Cære opulentum oppido imperitās, iā inde ab initio minime latus noua origine urbis, & tum nimio plusquam satis tutum esset accolis, rem Troianā crescere ratus, haud grauatim socia arma Rutulis iunxit. Aeneas aduersus tāti belli terrorem, vt animos Aboriginem sibi conciliaret, ne sub eodē iure solum, sed etiam nomine omnes essent, Latinos vtranq; gentem appellauit nec deinde Aborigines Troianis studio ac fide erga regem Aeneam cessere. fretusq; his animis coalescentium indies magis duorum populorum Aeneas, quanquam tanta opibus Hetruria erat, vt iam non terras solū, sed mare etiam per totam Italīæ longitudinem ab alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui impletset: tamen cum mōnibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit. Secundum inde præliū Latinis, Aeneas etiā vltimum operum mortaliū fuit. Situs est, quemcunq; eum dici ius fasq; e& super Numicū sumen, Iorem Indigetem appellat. Nondum matutus

iii.

at deos dom
 ilia Aenea imm
 is spem affirm
 di eitoris Opp
 vxoris Lauinius
 ex novo man
 ixere nomi. Be
 imal petit. Tu
 nia ante adue
 duenam agrept
 intulerat. Neut
 ri Rutuli: vito
 Latinū amiser
 ad florentes Ha
 im regem cōm
 do imperiā, i
 origine viris, &
 sser accolis, an
 tīm socia arm
 belli terrorē
 arat, ne sub eo
 omnes essent. L
 nec deinde Alb
 a regem Aenea
 etium indies m
 quanquam tam
 eras solū, sed m
 dinem ab alijs
 sui implevit. A
 llare posset, in
 de prælii Latin
 talium fuit. Si
 ek, super Num
 at. Nondum
 10

turus imperio Ascanius Aenea filius erat, tamen id imperium ei ad puberē etatē incolune mansit: tantisper tutela muliebri (tāta indoles in Lauinia erat) res Latina, & regnū autum paternumq; puero stetit. Hanc nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Ascanius, an maior quā hic, Creusa matre Ilio incolumi natus, comesque inde paternæ fugæ, quem Iulum eundē Julia gens authorem nominis sui nuncupat. is Ascanius, vbiq; & quacunque matre genitus (certe natū Aenea constat) abundante Lauiniū multitudine, florente iam (vt tum res erant) atq; opulentam urbem matrī, seu nouerae reliquit: nouā ipse aliam sub Albano monte cōdidit: quā ab situ porrectā in dorso urbis longa Alba appellata. Inter Lauiniū & Albam longā coloniā deductā triginta ferme interfuerū anni, tantū tamen opes creuerāt, maxime fusis Hetruscis, vt ne morte quidē Aenea, nec deinde inter muliebri tutelā rudimētumq; primū puerilis regni mouere arma, aut Mezētius Hetrusciq; aut ulli alli accolae ausi sint. Pax ita cōuenierat, vt Hetruscis Latinisq; fluvius Albula, quē nunc Tiberim vocant, finis esset, Siluius deinde regnat Ascanij filius, casu quodam in filiis natus. is Aeneā Siluium creat: is deinde Latinum Siluiū, ab eo coloniā aliquot deduxit, prisci Latini appellati. mansit Siluius postea omnibus cognomen, qui Albē regnarūt. Latino Alba ortus, Alba Atys, Ati Capys, Capi Capetus, Capeto Tiberinus, qui in traiectu Albulae amnis submersus, celebre ad posteros nomen fluminī dedit. Agrippa inde Tiberini filius, post Agrippam Romulus Siluius a parte accepto imperio regnat. Auentino, fulmine ipse ictus, regnū per manus tradidit. is sepultus in eo colle, qui nūc est pars Romanę urbis,

T. LIVII DEC. I.

cognomen colli fecit. Proca deinde regnat. is Numi-
mitorē atq; Amulium procreat: Numitori, qui stir-
pis maximus erat, regnum vetustum Siluiæ gentis
legat. plus tamen vis potuit, quam voluntas patris,
aut verecundia ætatis. pulso fratre Amulius regnat.
addit sceleri scelus, stirpe fratris virilem intermit-
fratris filia Rhea Silvia per speciem honoris, cum
iv. Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spē par-
tus adimit. Sed debebatur (vt opinor) fatis tantæ o-
rigo vrbis, maximiq; secundum deorum opes imperii principium. Vi compresa Vestalis, cum gemini-
num partum edidisset, seu ita rata, seu quia Deus au-
tor culpa honestior erat, Marte incertæ stirpis pa-
trem nuncupat, sed nec dii, nec homines aut ipsam,
aut stirpem a crudelitate regia vindicant. sacerdos
vincita in custodiam datur, pueros in profluentem a-
quam mitti iubet. Sorte quadam diuinitus super ri-
pas Tiberis effusus lenibus stagnis, nec adiri vsquam
ad iusti cursum poterat amnis: & posse quamvis lä-
guida mergi aqua infantes, spem ferentibus dabat.
ita velut defuncti regis imperio, in proxima alluvie,
vbi nunc ficus Ruminalis est (Romularē vocatam
ferunt) pueros exponunt. vasta tum in iis locis soli-
tudines erant. Tenet fama, cum fluitantem alueū
quo expoiti erant pueri, tenuis in secco aqua desti-
tuisset, lupam vagitum cursum flexisse: eam summis-
fas infantibus adeo mitem præbuuisse mammas, vt
lingua lambetem pueros magister regii pecoris in-
uenierit (Faustulo fuisse nomen ferunt) ab eo ad sta-
bula Laurentiæ vxori educandos datos. Sunt qui
Laurentiam vulgato corpore lupam inter pastores
vocatam putent: inde locum fabule ac miraculo da-
tum. Ita geniti, ita educati, cum primum adolecuit et
tas,

LIBER I.

regnat is Num
 umitor, qui fide
 am Silvæ genit
 voluntas patris
 Amulius regnat
 rilem intermixta
 in honoris, cum
 initiate spip
 (or) fatis tanta
 orum opes im
 malis, cum gem
 ina quia Deus at
 certa stirpis og
 nes aut ipsam,
 cant. facerdos
 profluentem a
 nitus superfici
 adiut, vñquam
 e quanuus le
 tentibus dabat
 maxima alluit
 arem vocata
 in iis locis foli
 uitatem alien
 co aqua defi
 qui circa fune
 e: eam summi
 se mammas, v
 regii pecoris in
 ab eo ad illas
 atos. Sunt qu
 inter pastores
 e miraculo de
 um adolescentis

festus
 V.

par) sed alii alio itinere iussi certo tempore ad regiam venire pastoribus, ad regem impetū facit: & a domo Numitoris alia cōparata manu adiuuat Remus, ita re gem obtruncant. Numitor inter primū tumultum hostes inuasissē vrbem, atq; adortos regiam dictans, cum pubem Albanam in arcem p̄flio armisq; obtinendam aduoasset: postea quam iuuenes perpetrata cāde pergere ad se gratulantes vident, exemplo aduocato concilio, sceleris in se fratris, originē nepotum, vt geniti, vt educati, vt cogniti essent, cādem deinceps tyraanni, seq; eius auctorē ostendit. Iuuenes per mediām concionem agmine ingressi, cum auū regem salutassent, secuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperiumq; regi efficit. Ita Numitori Albana permisā re, Romulū Remunq; cupido cepit, in iis locis vbi expositi, vbiq; educati erant, vrbis condendā: & supererat multitudine Albanorum, Latinorumq; ad id pastores quoq; acceſſerant, qui omnes facile spem facerent, parū Albam, paruum Lauiniū, pr̄ ea vrbe quā condere regur, fore. Interuenit deinde his cogitationib; autum malum, regni cupidus, atq; inde fōrum certamen coortum a satis miti principio, quoniam gemini essent, nec atatis verecundia dicerimē facere posset, vt dīi, in quorum tutela ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen nouā vrbi daret, qui conditam imperio regeret. Palatinū Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt. Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures. Iamq; nunciatio augurio, cum duplex numerus Romulo se ostendisset, vtrunq; regem sua multitudo consalutauerat, tēpore illi precepto: at hi numero autum regnum trahebant. Inde cum altercatione congreſſi, certamine itarum ad cādem vertuntur.

ibi in

ibi in turba iustus Remus cecidit. Vulgatior fama est. An. V.
 ludibrio fratribus Remum novos transfiluisse muros. C. I.
 inde ab irato Romulo, cū verbis quoq; increpitans I. rex
 adiecit: Sic deinde, quicunque alius transiliet *vixit*
mcenia mea, interficetum. Ita solus potitus imperio annos
 Romulus, condita vrbs, conditoris nomine appellata. Palatinum primum, in quo ipse erat educatus, vii
 muniuit. Sacra diis aliis Albano ritu, Græco Herculi,
 vt ab Euandro instituta erant, facit. Herculem in ea
 loca, Geryone interempto, boves mira specie abe-
 gisse memorant, ac prope Tiberim fluuium, qua
 pre se armentum agens nando traiecerat, loco her-
 bido, vt quiete & pabulo latè reficeret boves, &
 ipsum fessum via procubuisse. Ibi cum eum cibo vi-
 noque grauatum sopor oppressisset, pastor accola
 eius loci nomine Cacus, ferox viribus, captus pul-
 chritudine boum, cum auertere eam prædam vel-
 let: quia, si agendo armentū in speluncam compul-
 isset, ipsa vestigia quærentem dominum eo deduc-
 tura erant: auersos boves, eximium quemq; pul-
 chritudine, eau dis in speluncam traxit. Hercules ad
 primam auroram somno excitus, cum gregem per-
 lustrasset oculis, & partem abesse numero sensisset,
 pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia
 ferrent: quæ vbi omnia foras versa vidit, nec in par-
 tem aliam ferre: confusus, atque incertus animi, ex
 loco infesto agere porro armentum occipit. Inde
 cum actæ boves quædam ad desiderium (vt fit) re-
 listarunt mugissent, redditia inclusarum ex spelun-
 ca boum vox Herculem conuertit quem cum va-
 dentem ad speluncam Cacus vi prohibere cons-
 tus esset, iustus claua, fidem pastorum nequic-
 quam inuocans, morte occubuit. Euander tum-
 ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis

quam imperio regebat loca: venerabilis vir miraculo literarum rei nouæ inter rudes artium homines: venerabilior diuinitate credita. Carmentæ matris, quam fatiloquæ ante Sibylæ in Italiana aduentum miratae hæc gentes fuerant. Is tum Euander concursu paatorum trepidantium circa aduenam manifestæ reum cedis excitus, postquam facinus, facinorisque causam audiuimus habitum formamq; viri aliquatum ampliore augustoiremq; humana intuens, rogitat, qui vir esset: vbi nomen, patremq; ac patriæ
 " accepit: loue nate Hercules salue, inquit. te mihi
 " mater veridica interpres deum aucturum coelestium
 " numerum cecinit, tibiq; aram hic dicatum iri, quam
 " opulentissima olim in terris gens Maximam vocet,
 " tuoq; ritu colat. Dextra Hercules data, accipere fœ-
 omen: impleturumq; fata, ara condita, atque dicta, ait. Ibi tum primum boue eximia capta de grege,
 facrum, adhibitis ad ministerium dapeimq; Potitiis ac Pinariis (qua tum familia maximè inclita ea loca incolebant) factum. Forte ita euenit ut Potiti ad tempus prefto esent, iisq; exta apponenterunt. Pinarij extis adesit, ad eateram venient dapem. Inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, nec extis solennibus vescerentur. Potiti ab Euandro edocti, antistites sacri eius per multas ætates fuerunt: donec tradito seruis publicis solenni familie ministerio, genus omne Potitorum interciuit. Hæc tū sa-
 c. II. cra Romulus vna ex omnibus peregrina suscepit, iam tum immortalitas virtute parta, ad quam eum sua fata ducebant, sautor. Rebus diuinis rite perpetratis, vocataq; ad concilium multitudine, quæ coalescere in populi viius corpus nulla re præterquam legibus poterat, iura dedit. quæ ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si se ipse venerabilem insig-
 nibus

VIII.

LIBER I.

. I
 bilis vir mira-
 ctum homines
 rmentem matris
 aliam aduentus
 Enander conve-
 uenam manife-
 stacius; facinor
 amq; viri aliqui
 humana intu-
 ctemq; ac patr-
 inquit. te mali-
 turum coletin-
 catum itq; quam
 maximam voce
 accipere se-
 atque dicit
 capta de grege
 peing; Portu-
 s inclita eale
 sit ut Portu-
 nentur; fui-
 dapem. Inde
 genus fuit, ut
 iab Euandro-
 states fuerun-
 ti familiis min-
 erit. Hac tis-
 grina suscepit,
 ad quam eum
 quis rit perpe-
 tudine, qua co-
 re praterque-
 ncta genetiv
 venerabilem in-
 signit.

signibus imperii fecisset, cum extero habitu se au-
 gulfiorem, tum maximè lictoribus duodecim sum-
 ptis fecit. Alii ab numero annum quæ augurio regnū
 portenderant, cum secutum numerum putant. Me
 haud pœnitit eorum sententia esse, quibus & ap-
 paritores, & hoc genus ab Hertruscis finitimus, vnde
 sella curulis, vnde toga praetexta sumpta est, nume-
 rum quoq; ipsum ductum placet: & ita habuisse He-
 truscos, quod ex duodecim populis communiter crea-
 to rego singulos singuli populi lictores dederint.
 Crescebat interim urbis munitionibus, cu alia atq;
 alia appetendo loca, in spem magis futuræ multitu-
 dinis, quam ad id, quod tum hominum erat, muni-
 rent. Deinde ne vana urbis magnitudo esset: adici-
 enda multitudinis causa, vetere consilio condentiū
 urbes, qui obscuram atq; humilem conciendo ad se
 multitudinem, natam e terra sibi prolem mentie-
 batur: locum qui nunc septus densis sentibus inter
 duos lucos est, asylum aperit. eo ex finitimus populis
 turba omnis, sine discriminé liber an seruus esset, a-
 uida nouarum rerum profugit. idq; primum ad cœ-
 ptam magnitudinem robotis fuit. Cum iam virium
 haud pœnitret, consilium deinde viribus parat. cen-
 tum creat senatores: siue quia is numerus satis erat,
 siue quia soli ceterum erant, qui creari patres possent.
 Patres certe ab honore, patricijq; progenies eorum
 appellati. Iam res Romana adeo erat valida, vt cuius-
 bet finitimarum ciuitatum bello par esset, sed penuria
 mulierum, hominis atatem duratura magnitudo
 erat: quippe quib. nec domi spes prolis, nec cum
 finitimus connubia essent. Tum ex consilio patrum
 Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui so-
 cietatem connubiumq; novo populo peterent. Ur-
 bes quoq; vir cetera, ex infimo nauci: deinde quas sua

ix.

III.

T. LIVII DEC. I.

14
virtus ac diu iuuent, magnas opes magnumque no-
men sibi facere satis scire, origini Romanae & deos
affuisse, & non defutari virtutem proinde ne gra-
uarentur homines cum hominibus sanguine & ge-
nus misere. Nufquā benigne legatio audita est: ad-
eo simul omnes spernebant, simul tātam in medio
ercentem molem sibi ac posteris suis metuebant,
a plenisq; rogatibus dimissi, ecquod foeminiis quo-
que asylum aperuissent: id enim demum compar
connubium fore. Agre id Romanae pubes passa, &
haud dubie ad vim spectare res coepit, cui tempus
locumque aptum vt daret Romulus, ægritudinem
animi dissimilans, ludos ex industria parat, Ne-
ptuno Equestri solennes: Consualia vocat. Indici
deinde finitimi spectaculum iubet, quætoq; appa-
ratutum sciebant aut poterant, concelebrant: vt
rem claram expectataque facerent. Multi morta-
les conuenier studio etiā videnda noua vrbis: mā-

III. xime proximi quiq; Ceninenses, Crustumini, An-
temnates. Iam Sabinorum omnis multitudo cum
liberis ac coniugib; venit. Inuitati hospitaliter per
domos, cum situm, mœniaq; & frequētē testis vr-
bem vidissent, mirantur tā breui rem Romanam
creuisse. Vbi spectaculi tēpus venit, dedita xq; eo mē-
tes cum oculis erāt, tū ex cōposito otta vis: signoq;
dato iuētus R̄ omiana ad rapiendas virginēs discur-
xit. Magna pars, forte vt in quē quæq; inciderat, rap-
ta: quædam forma excellentes, primoribus patrū
destinatas, ex plebe homines, quibus datum negoti-
um erat, domos deferabant. Vnam longe ante a-
lias specie ac pulchritudine insignē à globo Talassii
cuiuidam raptam ferunt, multiq; scicitatibus cui-
nam eam ferient, identidem, ne quis v̄olaret, Ta-
lassio ferri clamitatū: inde nuptialem hanc vocem
factam.

magnumque est
 Romana & deo
 proinde ne gr
 anguinē & ge
 o auditā etat
 tātām in mēla
 suis metuebat
 id feminiā que
 tenuim comp
 n pūbes pāta,
 pit, cui temp
 as, agitūdīn
 stri parat, Ne
 vocat. Indi
 quātoq; appē
 celerant, n
 Multi more
 oua vribis: me
 usfumini, Ab
 multitudinē cu
 hospitaliter pa
 quentē teclis ve
 Romanū deditaq; eo m
 ita vis: signo
 virgines dūca
 q; inciderat, n
 imoribus pā
 us datum neg
 in longo ante
 a globo Taliū
 cīcītibūs co
 uis vīlato, T
 en hanc voc
 fata

factam. Turbato per metū ludicro, moestū parentes
 virgininū profugunt, incusantes violati hospitiū
 fœdus, deumque inuocantes, cuius ad solenne lu
 dosq; per fas ac fidem decepti venissent. Nec raptis
 aut ipes de se melior, aut indignatio est minor. Sed
 ipse Romulus circumbat, docebatq; patrum id su
 perbia factum, qui connubium finitimi negassent.
 illas tamen in matrimonio, in societate fortuna
 rum omnium, ciuitatisque, & quo nihil charius hu
 mano generi sit, liberum fore: mollirent modo iras
 & quibus fors corpora dedisset, darent animos: a pe
 ex iniuria postmodum gratiam ortam: eoq; meli
 oribus visuras viris, quod annixurus pro se quisq; sit,
 ut cum sua vice funētus officio sit, parentum etiam
 patriaq; expletat desiderium. Accedebant blanditiæ
 virorum factū purgantium cupiditate, atq; amo
 requa maxime ad muliebre ingenii efficaces pre
 cees sunt. Iam admodum mitigati animi raptis erāt. **X.**
 At raptarum parentes tum maxime sordida veste,
 lachrymisq; & querelis ciuitates concitabant: nec
 domi tantum indignationes continebant, sed con
 gregabantur vndiq; ad Titum Tatium regem Sa
 binorum: & legationes eo, quod maximum Tatii
 nomen in his regionibus erat, conueniebant. Cen
 nenses Crustuminiique & Antemnates erant, ad
 quos eius iniuriae pars pertinebat. lente agere iis
 Tatius Sabiniq; visi sunt. Ipsi inter se tres populi cō
 muniter bellum parat, nec Crustumini quidem at
 que Antemnates pro ardore iraq; Ceninenium
 latiss se impigre mouent. Ita per seipsum nomen
 Ceninum in agrum Romanum impetum facit.
 sed cīcītibūs vastantibus fit obuius cum exercitu Ro
 mulus, leuique certamine docet, vanam sine
 viribus iram esse, exercitum fundit fugatque: fusum

persequitur: regem in p̄cilio obtuncat, & spoliat.
 duce hostium occiso, vrbem primo impetu capit.
 In exercitu victore reducto, ipse eum factis vir magnificus, tum factorū ostentator haud minor, spolia
 ducis hostium cēsi suspensa, fabricato ad id apte fer-
 tulo, gerens in Capitolum ascendit: ibiq; ea cum
 ad quercur paſtorib; sacram depositisset, simul cā
 dono designauit templo Iouis fines, cognomenq;
 addidit deo: Iupiter Feretri, inquit, hāc tibi vīctor
 Romulus rex regia arma fero, templumq; iis regio-
 nibus, quas modo animo metatus sum, dedico: se-
 dem opimis spoliis, qua regib; ducibusq; hostium
 cāfis, me autorem sequentes posteri ferent. Hec
 templi est origo, quod primum omnium Roma fa-
 cratum est. Ita deinde dii visum, nec irritam condi-
 toris templi vocera esse, qua laturos eo spolia poſte-
 ros nuncupauit: nec multitudine compotum eius
 doni vulgari laudem. Bina postea intra tot annos,
 tot bella, opima parta sunt spolia. Adeo rara eius
 fortuna decoris fuit. Dum ea ibi Romani gerunt,
 Antemnati exercitus per occasiōnē ac solitudi-
 nem hostiliter in fines Romanos incursionē facit.
 Raptim & ad hos Romana legio duxta, palantes in
 agris opprescit. Fusi sunt igitur primo impetu & cla-
 more hostes: oppidum captum, dupliq; victoria o-
 quantem Romulum Herſilia coniunx precib;. raptar-
 rum fatigata: orat vt parentib; earum det veniam,
 & in ciuitatem accipiat. ita rem coalescere concor-
 dia posse. facile impetratum. Inde cōtra Crustumini-
 nos profectus, bellum inferentes: ibi minus etiam,
 quod iam alienis cladib; ceciderant animi, certai-
 nis fuit. Vtique colonia mis̄a, plures inuenti, qui
 propter vberatē terrā in Crustuminiū nomina
 darent. & Romanū inde frequenter migratum est,
 a paren-

xi.

* parentibus maxime ac propinquis raptarum. Non uissimum ab Sabini bellum ortum: multoque id maximū fuit. Nihil enim per iram aut cupiditatem actum est, nec ostenderunt bellū prius quam intulerunt: consilio etiam additus dolus. Sp. Tarpeius Romanus præter arcī. huius filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat. A quā forte ea tum sacris extra mœnia petitū ierat, accepti obrutam armis necauere: seu ut vi capta potius arx videretur, seu prodendi exempli causa, ne quid vsquam fidum proditor esset. Additur fabula, quod vulgo Sabini aureas armillas magui ponderis brachio laeo, gemmatosq; magna specie annulos habuerint, pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent. eo scuta illi pro aureis donis conceperat. Sunt qui eam ex pacto tradidi quod in sinistris manibus esset, direcō arma petisse dicāt: & fraude vim agere sua ipsam pereemptam mercede. Tenuerunt arcem Sabini: atq; inde postera die cum Romanus exercitus instrutus, quod inter Palatinum Capitolinumq; collēm campi est, cōpletū: nō prius descendērunt in æquū, quam ira & cupiditate recuperanda arcis stimulante animos, in aduersum Romanis subiere: principes vtrinq; pugnam ciebant: ab Sabini Metius Curtius, ab Romanis Hostius Hostilius. Hic rem Romanā iniquo loco ad prima signa animo atq; audacia sustinebat. Ut Hostius cecidit, cōfessim Romana inclinatur acies: fusaq; est ad veterē portam palatii. Romulus & ipse turba fugientium actus, arma ad cœlum tollens: Iupiter, tuis, inquit, iussus aubus hic in Palatino prima vrbī fundamēta cōsternū: ieci: arcem iam scelere emptam Sabini habent. In stuminū nomine de hue armati, superata media valle tendunt. At tu er migratum pater dēum hominumque hinc saltē arce hostes,

xii.

» deme tertorem Romanis, fugamq; fœdam fist. 11
 » Hic ego tibi templum Statori loui, quod monimé-
 » tum sit posteris tua præsenti ope seruatam urbem
 » esse, vo uero. Haec precatus, veluti sensillet auditas
 preces: Hinc, inquit, Romani, Iupiter optimus ma-
 ximus resistere, atq; iterare pugnam iubet. Restite-
 re Romani, tanquam caelesti voce iussi. Ipse ad pri-
 mores Romulus prouolat, Metius Curtius ab Sabi-
 nis princeps ab arce decurrerat, & effusos egerat
 Romanos tota quantum foro spaciun est, nec pro-
 cul iam a porta palatii erat, clamitans: Vicitus per-
 fidios hospites, imbelles hostes, iam sciunt longe a-
 liud esse virgines rapere, aliud pugnare cum viris. In
 eum haec gloriantem, cum globo ferocissimorum
 iuuenium Romulus im petum facit. Ex equo tum-
 forte Metius pugnabat: eo pelli facilius fuit pulsus
 Romani persequuntur: & alia Romana acies auda-
 cia regis accentia, fundit Sabinos. Metius in paludē
 sese strepitu sequentium trepidante equo cōiecit,
 auerteratq; ea res etiam Sabinos tati periculo viri.
 Et ille quidem annuentibus ac vocantibus suis, fa-
 uore multorum addito animo, enadit. Romani Sa-
 binique in media conualle duorum montium red-
 integrant prælium, sed res Romana erat superior.
 Tum Sabina mulieres, quarum ex iniuria bellum
 ortum erat, crinibus paſſis, ſcissaq; veste, viro malis
 muliebri pauro, ausa se inter tela volantia inferte
 ex transuerto impetu facto, dirimere infeſtas acies
 dirimere iras: hinc patres, hinc viros orantes, ne se
 sanguine nefando fecerit generique respargerent
 ne paricidio macularent partus suos nepotum illi
 liberum hi progeniem. Si affinitatis inter vos, si co-
 nubii piget, in nos vertite iras. Nos caufa belli
 nos vulnerum ac cediuum viris ac parentib; sumus.

Melius

xiii

Melius peribimus, quām sine alteris vestrum viduae
aut orbe viuenus. Mouet res tum multitudinem,
tum duces, silentium, & repentina fit quiete. Inde
ad foedus faciendum duces prodeunt: nec pacē mo-
do, sed ciuitatem vnam ex duabus faciunt: regnum
confosiantū imperium omne conserunt Romam.
ita geminata vrbē, vt Sabinis tamen aliquid dare-
tur. Quirites a Curib. appellati. Monimentum eius
pugna, vbi primum ex profunda emersus palude e-
quum Curtius in vado statuit, Curtium lacū appelle-
larunt. Ex bello tam tristī lēta repente pax chario-
res Sabinas viris ac parentibus, & ante omnes Ro-
mulo ipsi fecit. Itaque cum populum in curias tri-
ginta diuideret, nomina eaurū curiis imposuit. Id
non traditur (cum haud dubie aliquantō numerus
maior hoc mulierum fuerit) ætate, an dignitatibus
fuis virorumve, an forte lectæ sint, quā nomina cu-
riis darent. Eodem tempore & centuriæ tres equitu-
es conscriptæ sunt: Ramnenses ab Romulo, ab Tito Tat-
io Titientes appellati. Lucerum nominis & origi-
nis causa incerta est. Inde non modo cōmune, sed
concois etiam regnum duobus regibus fuit. Post a-
liquot annos propinquique regis Tatii legatos Laurenti-
um pulsant. Cumq; Laurentes iure gentium age-
rent, apud Tatium gratia sutorum & preces plus po-
terant. Igitur illorum poenam in se vertit: nā Lau-
nii, cum ad solenne sacrificiū eo venisset, concursu
facto interficitur. Ea rem minus ægre quam dignū
erat, tulisse Romulum ferunt, seu ob infidam soci-
etatem regni, seu quia haud iniuria casum crede-
bat. Itaque bello quidem absintuit: vt tamen ex-
piarentur legatorum iniuria, regisque cœdes, fœ-
dus inter Romanum Lauiniumque vrbes renouatum
est. Et cum his quidem inspetata pax erat: aliud

xiv.

multo propius, atq; in ipsis prope portis bellum or-
tum. Fidenates nimis vicinas prope se cōualescere
op̄es rati, prius quam tantum roborio esset, quan-
tum futurum apparebat, occupant bellum facere.
Inquietute armata immissa, vaſtatur agri quod inter
vrbem ac Fidenas est. Inde ad lœuam verſi, quia de-
xtra Tiberis arcebat, cū magna trepidatione ag-
dium populantur: tumultuque repens ex agris in
vrbem illatus, pro nuncio fuit. Excitus Romulus
(neq; enim dilationem pati tam vicinum bellum
poterat) exercitum educit: caſtra a Fidenis milles
paſſuum locat. ibi modico praefidio reliquit, egressus
cum omnib; copiis, partem militū locis circa denſa
obſita virgulta obſcuris ſubſidere in infidiis iuſſit.
Cum parte maiore atq; omni equitatu profectus,
ad quod querebat, tumultuofe & minaci genere
pugnē obequitando, ipsis prope portis hostem exci-
uit. Fugæ quoque quiſ simulanda erat, eadem eque-
tris pugna causam minus mirabilem dedit. Et cum
velut inter pugnæ fugæq; confiſilium trepidante
equitatu, pedes quoq; referret gradum, plenis re-
cepit portis effusi hoſtes, impulſa Romana acie, ſtudio
inſtandi ſequendiq; trahuntur ad locum infidiariū.
Inde ſubito exorti Romani, transuersam inuadunt
hostium aciem. addunt pauorem mota e caſtris fi-
gna eorum qui in praefidio reliqui fuerant. Ita mul-
tiplici terrore perculsi Fidenates, prius pene quam
Romulus, quiq; cum eo equites erant, circumage-
rent frenis equos, terga vertunt: multoq; effusus,
quippe vera fuga, qui ſimulantes paulo ante ſecuti
erant, oppidum repetebant: non tamen eripueret
hoſti. Hærens in terga Romanus, prius quam fores
portarū obiicerentur, velut agmine vno irrumpit.
Belli Fidenatis cōtagione irritati Vcientium animi,

XV.

& COR-

ſed inquinato
fuerit, & quod i
una omnia in
ita fere Romanos
quoniam more b
cycloſo hollum
potuerit. Vicos re
dempti in agri no
ſtructis in antiquis
caſta ponere, & ac
cueri: obſcurum eq
ui inclini de te
bus nulla patre ab
eſtatis ten Romani
ſtrenua hoſtes, vi
abſt in iugis, eaq
pride ſtude, eaq
pugna laboris Ve
nam ministrant, a
nos inducunt data
mi militare, q
originis, diuini
niū in regno
vbiſ confidit, n
enim profectus vi
dagina diuine a
timideſt tam in gr
ante alios accepit
que umatos ad c
appellat, non in
hunc. Huius in or
eum receſſend
proplidem habet
magis flagore top

& consanguinitate (nam Fidenates quoq; Hetrusci
 fuerunt) & quod ipsa propinquitas loci, si Romana
 arma omnibus infesta finitimis essent, stimulabat:
 in fines Romanos excurrerunt, populabundi magis
 quam iusti more belli. Itaq; non castris positis, non
 expectato hostium exercitu, raptam ex agris præda
 portantes, Veios rediere. Romanus contra, postquam
 hostem in agris non inuenit, dimicacioni vitimæ in-
 structus intentusq; Tiberim transit. Quæ postquam
 castra ponere, & ad vrbum accessurum Vicentes au-
 diuere: obuiam egressi, vt potius acie decernerent,
 quæ inclusi de tecnis mœnibusq; dimicaret. Ibi viri-
 bus nulla parte adiutis, tantum veterani robore ex-
 exercitus rex Romanus vicit: persecutusque fusos ad
 mœnia hostes, vrbe valida muris ac situ ipso munita
 abiit inuit. Agros redies vastar, vlciscendi magis, quæ
 præde studio. eaq; clade haud minus quam aduersa
 pugna subacti Vicentes, pacem peritū oratores Ro-
 mani mittunt. agri parte multatis, in centum an-
 nos inducata: Hæc fermè Romulo regnante do-
 mi militiæ; gesta. Quorū nihil absconū fidei diuinæ
 originis, diuinitatisq; post mortē credit, fuit: nō a-
 nimus in regno aucto recuperando, non condenda
 vrbis consilii, non bello ac pace firmandæ. Ab illo
 enim profectu viribus datis tātum valuit, vt in qua-
 draginta dēinde annos tutam pacem haberet. Mu-
 litudini tamē gratior fuit, quam Patribus: longe
 ante alios acceptissimus militum animis. Trecetos
 que armatos ad custodiā corporis, quos Celeres
 appellavit, non in bello solum, sed etiam in pace
 habuit. His immortalib. editis operibus, cum ad ex-
 exercitum recensendum concionem in campo ad Ca-
 pra paludem haberet, subito coorta tempestas cum
 magno fragore tonitribusq; tam denso regem ope-

ruit nimbo, ut cōspectum eius concioni abstulerit;
 nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes
 sedato tandem pauro; postquā ex tam turbido die
 serena & tranquilla lux rediit, vbi vacuā sedem re-
 giam vidit, et si fatis credebat Patribus, qui proximi
 reg. steterant, sublimem raptum procella, tamen velut
 orbitatis metu icta, incertum aliquandiu silentium
 obtinuit. Deinde a paucis initio factō, deū deo na-
 tum, regem parentemq; urbis Romanę saluere vni-
 uersi Romulum iubent, pacem precib. exposcent,
 vt volēs propitius suā semper sōspiter progeniem.
 Fuisse credo tuin quoq; aliquos, qui disceperunt re-
 gem patrū manib. taciti arguerent. manauit enim
 hæc quoque, sed perobscura fama. Illam alteram
 admiratio viri, & paucū præsens nobilitauit. Consi-
 lio etiam vnius hominis addita rei dicitur fides,
 namque Proculus Iulius solicita ciuitate desiderio
 regis, & infensa Patribus, grauis, ut traditur, quam-
 uis magnæ rei auctor, in concionē prodit. Romulus,
 inquit, Quirites, parens urbis huius, prima hodierna
 luce calo repente delapsus, se mihi obuium dedit.
 Cum perfusus horrore, venerabūdusq; adstisset,
 petens precibus, ut cōtra intueri fas esset. Abi, nun-
 cia, inquit, Romanis, coelestes ita velle, ut mea Ro-
 ma capit orbis terrarum sit. Proinde rem militare
 colat, sciantq;, & ita posteris tradit, nullas opes hu-
 manas armis Romanis resistere posse. Hęc, inquit,
 locutus, sublimis abiit. Mirum quantū illi viro nun-
 cianti hac fides fuerit: quamq; desideriū Romuli
 apud plebē exercitumq; facta fide immortalitatis,
 lenitū sit. Patrium interim animos certamen regni
 ac cupido versabat. Needum a singulis, quia nemo
 magnopere eminebat in nouo populo, peruenérat
 factiones, inter ordines certabatur. Oriundi ab Sa-
 binis,

XVII

binis, ne, quia post Tatii mortem ab sua parte non
 erat regnum in societate æqua, possessionem im-
 perii amitterent, sui corporis creari regem volebāt.
 Romani veteres peregrinum regem aspernabātur.
 In variis voluntatibus, regem tamen omnes vole-
 bant, libertatis dulcedine nondum experta. Timor
 deinde Patres incessit, ne ciuitatem sine imperio,
 exercitum sine duce, multarum circa ciuitatum ir-
 ritatis animis, vis aliqua externa adoriretur, & esse
 igitur aliquod caput placebat, & nemo alteri cōce-
 dere in animū inducebat. Itaq; rem inter se cētum
 Patres, decem decuriis factis, singulisq; in singulas
 decutias creatis, qui summa terū præsident, consol-
 cant. Decem imperabant, unus cum insignib; im-
 perii & lictoribus erat. Quinq; dierum spacio finie-
 bat imperium, ac per omnes in orbem ibat, an-
 numq; interuum regni fuit. Id ab re, quod nunc *Inter-*
 quoq; tenet nomē, *Interregnum* appellatum. *Fre-*
 mere deinde plebs multiplicatam seruitutem, cen-
 tum pro vno dominos factos. nec ultra, nisi regem, *An. V.*
 & ab ipsis creatum, videbantur passiū. Cum sensi-
 sent ea moueri Patres, offerendum vitro rati quod
 amissuri erāt, ita gratiam ineunt, summa potestate
 populo permissa, vt non plus darent iuris, quam de-
 tinarent. Decreuerūt enim, vt cum populus regem
 iussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent.
 Hodieque in legibus magistratibusque rogandis v-
 surpatur idem ius, vi ademptum prius quam popu-
 lis suffragium ineat, in incertum comitiorum
 euentum Patres auctores sunt. Tum Interrex con-
 cione aduocata: *Quod bonum, faustum, felixque*^{et}
 sit, inquit, *Quirites regem create, ita Patribus vi-*^{et}
 sum est. Patres deinde, si dignum qui secundus^{et}
 ab Romulo numeretur, creatitis, auctores fient.^{et}

Adeo id gratum plebi fuit, ut ne vieti beneficio viderentur, id modo sciscerent iuberentque, ut Senatus decerneret, qui Romæ regnaret. Inlyta iustitia religioq; ea tempestate Numæ Pomplii erat. Curibus Sabinis habitabat consultissimus vir, vt in illa quisquam ætate esse poterat, omnis diuini atq; humani iuris. Auctorem doctrinæ eius, quia nō extat alius, falso Samium Pythagoram edunt: quæ Seruio Tullo regnante Romæ, centum post annos & amplius, in vltima Italiae ora circa Metapontum Heraclæamq; & Crotoneum iuuenum æmulantii studia cœtus habuisse constat. Ex quib; locis, & si eiusdem ætatis fuisset, qua fama in Sabino, aut quo lingua commercio quenquam ad cupiditatem descendit exciuisset? quove præfido vnu per tot gentes dissonas sermone moribusq; peruenisset? Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis: instructumq; non tam peregrinis artibus, quam disciplina terrica ac tristri veterum Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Auditio nomine Numæ, patres Romani, quanquam inclinari opes ad Sabinos rege inde sumpto videbantur, tamen neq; se quisquam, nec factionis sit alium, nec deniq; patrum aut ciuiū quenquam præferre illi viro ausi, ad vnum omnes Numa Pomplio regnum deferendū decernunt. Accitus, sicut Romulus augurato in Vrbe condenda regnum adeptus est, de se quoq; Deos consuli iussit. Inde ab augure, cui deinde honoris gratia publicum id perpetuamo; sacerdotium fuit, deductus in arcem, in lapide ad meridiem versus consedit. Augur ad lēuam, eius capite velato sedem cepit, dextra manu baculū sine nodo aduncum tenēs, quæ Lituū appellauerūt. **I**nde ubi prospectu in vrbem agrumq; capto, Deos precatus,

icti beneficis
enque, vt Se-
t. Inclyta iusti-
pili erat. Quo-
us vir, vt in
s diuini atq;
is, quia nō ex-
sum: quē Se-
st annos & u-
apontum fle-
mulariū stud-
is, & si eiusfor-
ut quo ling-
tem dīcen-
tor gentes d-
it: Suope i-
ructibus fūl-
peregrinim-
i veterum lo-
ā incorrupti-
Romani, quā
e inde lūp-
o, nec facio-
iū quoniam
es Numaz
Acūtū, fūl-
da regnum a-
sīt. Inde ab
icum id per-
in aere, in
iugurad lēp-
a manu bac-
appellaueri
q; capo, Du-
precato

precatus, regiones ab oriente ad occasum determi-
nauit, dextras ad meridiē partes, lauasq; ad Septen-
trionē esse dixit: signū contra quod longissime cō-
spectū oculi cerebāt, animo finiuit, tum lituo in lē-
uam manum translato, dextra in capite Numaz im-
posita, precatus est ita: Iupiter pater, si est fas hunc
Numaz Pompiliū, cuius ego caput teneo, regē Ro-
ma esse, vt tua signa nobis certa ac clara sint inter
eos fines, quos feci. Tū peregit verbis auspicia qua
mīti vellet. Quib; misfis, declaratus Rex Numa de *II. tunc*
templo descendit. Qui regno ita potitus, vrbē nouā
conditam vi & armis, iure eam, legibusq; ac morib. *V.C.*
de integro condere parat. Quib; cum inter bella af-
sciscere videret nō posse (quippe effteratis militia a-
nimis) mitigandū ferocem populum armorum de-
suetudine ratus, Ianum ad infinitū Argiletum indi-
cem pacis belliq; fecit: apertus, vt in armis esse ciu-
itatem, clausus, pacatos circa omnes populos signifi-
caret. Bis deinde post Numaz regnū clausus fuit, se-
mel T. Manlio consule, post Punicum primū perfe-
ctum bellum, iterū (quod nostræ atati Dii dederū
vt videremus) post bellū Aetiacum, ab imperatore
Caſare Augusto pace terra mariq; parta. Claudio eo,
cum omniū circa finitimi orū societate ac foederibus
iunxisset animos, positis exterñorū periculorū cu-
ris, ne luxuriarent ocio animi, quos metus hostium,
disciplinaq; militaris cōtinuerat, omnium primum
rem ad multitudinē imperitā, & illis seculis rudem,
efficacissimam, Deorū metum iniiciendū ratus est.
Qui cum descendere ad animos sine aliquo cōmen-
to miraculi nō posset, simulat sibi cum dea Ægeria
congressus nocturnos esse: eius se monitu, qua ac-
ceptissima Diis essent, sacra instituere, sacerdotes
suos cuique Deorum praeficere, atq; omnium pri-

39.

mum ad cursum lunæ in duodecim menses describit annum. Quem, quia tricenos dies singulis mensibus luna nō explet, defuntq; dies solidi anno, qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares mensibus interponendo, ita dispensavit, ut vigesimoquarto quoq; anno ad metam eandē solis, vnde orsi essent, plenis annorum omnium spaciis dies congruerent. Idem nefastos dies fastosq; fecit: quia aliquādo nihil cum populo agi, vtile futurum erat. Tum sacerdotibus creandis animum adiecit: quanquam ipse plurima sacra obibat, ea maxime, quæ nunc ad Dialem flaminem pertinent. Sed quia in ciuitate bellacosa plures Romuli quam Numæ similes reges putabat fore, iturosq; ipsos ad bella, ne sacra regiae vicis deserterentur, flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit: insigniq; eū ueste & curuli regia sella adornauit. Huic duos flamines adiecit: Marti vnū, alterum Quirino, Virginelq; Vefsa legit: Alba ordinum sacerdotium, & genti conditoris haud alienum. His, vt assidua templi antistites essent, stipendum de publico statuit: virginitate, aliisq; ceremoniis venerabiles ac sanctas fecit. Salios irem duodecim Marti Gradiuo legit: tunicæq; pīctæ insigne dedit, & super tunicam ænem pectori tegumen: celestiaq; arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per vibem ire canentes carmina cum triplidis solennique saltatu iussit. Pontificem deinde Numa Marciū Marci filium ex patribus legi: eiq; sacra omnia scripta exsignataq; attribuit: quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ tempora facra fierent, atque vnde in eos sumptus pecunia erogaretur. Cetera quoq; omnia publica priuataq; sacra, pontificis scitis subiecit, ut esset quo consutū plebs veniret: ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinosq; ascenso do tur-

tubetur. Nec
 diligenter fungit
 pontifices edocere
 ut quod vobis missi
 de ea clementia
 in Asyntio die
 que fidei precepient
 rando, modicis
 anima aliquādo ag
 alibus considerer
 exinde numer
 ditorum ambigunt
 legum ac ponant
 cum ipsi se homi
 res tormentant
 calorem po
 minium pacem
 ducti sunt, ut ci
 decutum, violat
 diu et space si
 quia se perficit
 gressum de a
 quod eatur
 ita efficiunt, & so
 riunt flamines
 quoq; ad digitos
 significantes hā
 dentis faciatum
 facili faciendis,
 dicunt. Omnia
 finitaria per on
 posa quare reg
 illi ab aliis, ille
 sumus. Romuli

turbaretur. Nec cœlestes modo cœremonias, sed iu-
fla quoque funebria, placandoisque manes, vt idem
pontifex edoceret; quæq; prodigia fulminibus, alio-
ve quo viso missa suscipientur atque curarentur;
ad ea elicienda ex mentibus diuinis Ioui Elio arā
in Auentino dicavit; deumque consuluit auguris
qua suscipienda essent. Ad hanc consultanda procu-
randaq; multitudine omni a vi & armis cōuersa, &
animi aliquid agendo occupati erant, & deorum
affidua infidens cura, cum interesse rebus humanis
cœleste numen videretur, ea pietate omnium pe-
tora imbueraut, vt fides ac iustitiam, propulso
legum ac poenarum metu, ciuitatem regerent. Et
cum ipsi se homines in regis, velut unici exépli mo-
res formarent: tum finitimi etiam populi, qui ante
castra ubi positam in medio ad solicitandam o-
mnium pacem crediderant, in eam verecundiā ad-
ducti sunt, vt ciuitatem totam in cultum versam-
deorum, violari ducerent nefas. Lucas erat, quē me-
diū ex opaco specus fons perenni rigabat aqua, quo
qui se perspē Numa sine arbitrio, velut ad con-
gressum dea inferebat. Camēnis eū lucū sacrauit,
quod earum ibi concilia cum coniuge sua Argē-
ria essent, & soli Fidei solenne instituit. Ad id sacra-
rium flamines bigis curru arcuato vehi iussit, ma-
nuque ad digitos vque involuta rem diuinā facere
significantes fidem tutandā sedemq; eius etiam in
dextris sacratam esse. Multa alia sacrificia, locaque
sacris faciendis, quæ Argēos pontifices vocant, de-
dicauit. Omnia tamen maximum eius operum
fuit tutela per omnes regni tempus haud minor
penitus in regiam peruenisset, vocati ad regem, pergunt, primo vterq; vociferari, & certatim alter alteri obstrepare, coerciti ab licitore, & iussi in vicem dicere, tandem obloqui desistunt. vnu rem ex cōposito orditur. dum intentus in eum se rex totusa uerteret, alter elatam securim in caput deiecit: relictioq; in vulnere telo, ambo se foras eiiciunt. Tarquinium moribundum cum qui circa erāt excepsent, illos fugientes lictores comprehendunt. clamor inde, concurfusq; populi mirantium quid re esset. Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet, arbitros eiicet: simul qua curando vulneri opus sunt, tanquam spes subeslet, sedulo comparat simul si destituat spes, alia präsidia molitur. Seruo pro pere accito cum pene exanguem virum ostendisset, dextrâ tenens, orat ne inultâ morte socii, ne sociū inimicis ludibrio esse sinat. Tum est, inquit, Seru, si vir es, regnum: non eorū qui alienis manibus pelata, sumum facinus fecere. erige te, deosq; duces sequere, qui clarum hoc fore caput diuino quondam cunctis igni portenderunt. nunc te illa cœlestis ex citet flamma. nunc expergisevere vere. & nos perigrini regnauimus. qui sis, non vnde natus sis reputata. si tua re subita consilia torpent, ac tu mea continua sequere. Cum clamor impetuq; multitudinis vix sustineri posset, ex superiori parte adiū per se nestras in nouam viam versas (habitabat enim rex ad Iouis Statoris) populum Tanaquil alloquitur, iubet bono animo esse: sōlitum fuisse regem subito iactu, ferrum haud alte in corpus descendisse: iam ad se redisse: inspectum vulneris absterto cruento, omnia salubria esse. confidere propediem ipsum eos visuros. Interim Seruio Tullio iubere populum dicto audientem esse: cum iura redditurum, obitu-

rumq;

4i.

vocati ad regumq; alia regis munia. Seruius cum trabea & li- 6. rex
 etribus prodit: ac sede regia sedens alia decernit, 44.
 de aliis consulturum se regem esse simulat. Itaque V.C.
 per aliquot dies, cum iam expirasset Tarquinius, ce- 176.
 lata morte per speciem aliena fungenda vicis, suas
 opes firmavit. tum demum palam facta ex com-
 ploratione in regia orta, Seruius praesidio firme mu-
 nitus, primus iniussu populi, voluntate patru regu-
 uit. Anci liberiam tum comprehensis sceleris mi-
 nistris, vt viuere regem, & tantas esse opes Seruii
 nunciatum est. Suelam Pometiam exultatum ierat.
 Nec iam publicis magis auxiliis Seruius, quam pri-
 uatis munire opes. & ne qualis Anci liberum ani-
 mus aduersus Tarquinium fuerat, talis aduersus se
 Tarquinii liberum esset, duas filias iuuenibus re-
 giis, Lucio atq; Arunti Tarquinis, iungit. nec rupit
 tamen sati necessitatem humanis coniunctis, quin in-
 uidia regni etiam inter domesticos infida omnia
 arsq; infesta faceret. Per opportune ad presentis qui-
 etem status bellum cum Veientibus (iam enim in-
 ducit exierant) alii sq; Hetruis sumptu in eo bello
 & virtus & fortuna enuit Tullii, fusoq; ingenti
 hoium exercitu, haud dubius rex, seu patrum, seu
 plebis animos pericitaretur, Romam rediit. aggre-
 diturque inde pacis longe maximum opus, vt que-
 admodum Numa diuini authoris iuris fuisset, ita Ser-
 uium conditorem omnis in ciuitate discriminis,
 ordinumque quibus inter gradus dignitatis, fortu-
 naeque aliquid interlacet, posteri fama ferrent. Ce-
 sum enim instituit, rem saluberrimam tanto futu-
 ro imperio ex quo bellis pacisq; munia non viritim,
 vrante, sed pro habitu pecuniarum fierent. tum
 classes, centuriasq; & hunc ordinem ex cesso descri-
 psit, vel paci decorum, vel bello. Ex iis, qui centum

42.

43.

milliū çis, aut maiorem censum haberent, LXXXI
 confecit cēturiās, quadragenaſ seniorum ac iuniorum.
 Prima classis omnes appellati seniores, ad verbi
 custodiam ut præsto essent: iuuenes, ut foris bella
 gererent. Arma his imperata, galea, clypeus, o-
 creæ, lorica, omnia ex ære: huc ut tegumeta corporis
 essent: tela in hostem, hastaq; & gladius. addita
 hui classi duæ fabrūm centuriæ, quæ sine armis fi-
 pendia facerent. datum munus, ut machinas in bello
 ferrent. Secunda classis intra centū vñq; ad quinque & septuaginta millium censum instituta, & ex
 his senioribus, iunioribusq; viginti conscripta cen-
 turiæ: arma imperata, scutum pro clypeo, & pater
 loriam omnia eadem. Tertiæ classis millium quin-
 quaginta censum esse voluit, totidem centuriæ &
 hæc eodemque discrimine ætatū factæ: nec de armis
 quiequā mutatum, ocreæ tantū adempta. In qua-
 ta classis census quinque & viginti millium, totidem
 centuriæ factæ: arma mutata, nihil præter hastam &
 verutum datum. Quinta classis æcta, centuriæ tri-
 ginta factæ: fundas, lapidesq; missiles hi secum ge-
 rebant. in his accensi cornicines, tibicinesq; in tres
 cēturiās distributi. vnde in millibus hac classis cē-
 sebatur. hoc minor census reliquam multitudinem
 habuit. inde vna cēturiæ facta est immunis militia.
 Ita pedestri exercitu ornato, distributoq; equum
 ex primorib. ciuitatis XI I. scripsit centuriæ. sex ite
 alias centuriæ, tribus ab Romulo institutis, sub illis
 quibus inauguraræ erant, nominibus fecit. Ad
 equos emendos dena millia æris ex publico data: &
 quib. equos alerent, vidue attributæ, quæ bina mil-
 lia æris in annos singulos penderent. hæc omnia in
 dites a pauperibus inclinata onera. Deinde est ho-
 nos additus. non enim, ut ab Romulo traditum ca-
 terii

teri seruauerant reges, viritim suffragium eadē vi-
 codemq; iure promiscue omnibus datū est: sed gra-
 dus facti, vt neque exclusus quisquā suffragio vide-
 retur, & vis omnis penes primores ciuitatis esset. e-
 quites enim vocabantur primi: L X X X. inde primæ
 classis centuriæ peditum vocabantur. ibi si variaret,
 quod raro incidebat, vt secunda classis vocarentur:
 nec fere vñquā infra ita descenderebāt, vt ad infimos
 peruenirent. Nec mirari oportet hunc ordinē, qui
 nunc est, post expletas quinq; & X X X. tribus dupli-
 cato earum numero, ceteri iuniorum, seniorum
 que ad institutam ab Seruio Tullio summan non
 conuenire: quadrifariam enim vrbe diuisa regioni-
 bus, collibusq; quæ habitabantur partes, tribus eas
 appellauit: vt ego arbitror, ab tributo. nā eius quo-
 que æqualiter ex censu conferendi ab codem inita
 ratio est. neque hæ trib. ad centuriarū distributionē
 numerumq; quicquā pertinuerere. Censu perfecto,
 quem maturauerat metu legis de incensis latæ, cū
 vinculorum minis mortisq; edixit, vt omnes ciues
 Romani equites pediteq; in suis quisque centuriis
 in cāpo Martio prima luce adefessent, ibi instrūctum
 exercitū omnē sue, oue, taurilibus lustrauit. idque
 cōditum lustrū appellatū: quia in censendo finis fa-
 ctus est. Millia L X X X. eo lustro ciuiū censa dicūtur.
 Adiicit scriptorū antiquissimus Fabius Pictor, corū
 qui ferre armā possent, eū numerū fuisse. Ad eam
 multitudinem vrbs quoq; amplificāda visa est. ad-
 dit duos colles, Quirinalem, Viminalemque. inde
 deinceps auget Equestris: ibiq. ipse, vt loco dignitas
 fieret, habitat. aggere & fossis & muro circundat vr-
 bem: ita pomērium profert. Pomērium, verbi vira
 solam intuentes, postmōriū interpretātur esse.
 est autē magis circumōrium, locus quē in cōdīcis

verbibus quondam Hetrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inauguroto cōsecrabant: vt neq; interiore parte ædificia mœnib. continuarentur, qua nunc vulgo etiā cōiungunt: & extrinseus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spacium, quod nec habitari, neq; arari fas erat, nō magis quod post murum esset, quam quod murus post id, pomörium Romani appellarunt. & in urbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. Aucta ciuitate magnitudine virbis, formatis omnibus, domi & ad bellum & ad pacis vſus, ne semper armis opes acquirerentur, consilio augere imperium conatus est, simul & aliquod addere virbi decus. Iam tum erat inclytum Diana Ephesia fanum, id communiter a ciuitatibus. Asie factum fama ferebat. Cum confessum, deosq; confociatos laudaret mire Seruus inter proceres Latinorum, cum quibus publice priuatimq; hospitia amicitiasq; de industria iunxerat, ſepe iterando eadem, perpulit tandem, vt Romæ fanum Diana populi Latini cum populo Romano facerent. ea erat confessio, caput rerum Romanorum esse, de quo toties armis certatum fuerat. id quamquam omifsum iam ex omnium cura Latinorum, ob rem toties infeliciter tentata armis videbatur, vniſe ex Sabinis fors dare viſa est priuato consilio imperii recuperandi. Bos in Sabinis nata cuidam patrifamilia dicitur miranda magnitudine ac specifica per multas etates cornua in vestibulo templi Diana monumentum ei fuere miraculo habita, vt erat, res prodigii loco eſt, & cecinere vates, cuius ciuitatis eam cuius Diana immolasset, ibi fore imperium. idq; carmen peruerenat ad antistitem fani Diana. Sabinusq; vt primum apta dies sacrificio via eſt,

75.

a murum duci
 surato cōscium
 in membris conti-
 angunt & em-
 tu pateret foli-
 q; arati facere
 quam quod mi-
 bellarunt. & ini-
 monia proced-
 rati protegebū-
 is, formatio-
 ne semper am-
 re imperium u-
 tri decus. Inno-
 um, id comm-
 cerebat. Cum
 erat mīte Ser-
 iibus publice
 iustitia nūx-
 īdem, vt Re-
 populo Rom-
 etrum Rom-
 fuerat id ap-
 cura Latomos
 armis videlic-
 et priuato con-
 sata citudin-
 itudine ac spē-
 vēstibulo ter-
 raculo habi-
 nere vates, ut
 afferet, ibi for-
 ad antīlitterā
 a dies sacrifici-

46.

a et bouem Romanā actam deducit ad sanum Di-
 ana, & ante aram statuit. Ibi Antistes Romanus, cū
 eum magnitudo victimæ celebrata fama mouisset,
 memor responsi, Sabinum ita alloquitur: Quidnā
 tu hospes paras, inquit, inceste sacrificium Diana
 facere: quin tu ante viuo perfunderis flumine*cō* infi-
 ma valle præstuit Tiberis. Religione tactus hospes,
 qui omnia, vt prodigo responderet euentus cupe-
 ret rite facta, extemplo descendit ad Tiberim. In-
 terea Romanus immolat Diana bouem, id mire
 gratum regi atq; ciuitati fuit: Seruius, quanquam
 iam vsu haud dubie regnum possederat, tamē quia
 interdum iactari voces a iuuenie Tarquinio audie-
 bat, se iniussu populi regnare, cōciliata prius volun-
 tate plebis, agro capto ex hostib. viritim diuiso, au-
 fus est ferre ad populum, vellet iuberentre le re-
 gnare. Tantoq; consensu, quanto haud quisquam
 alijs ante, rex est declaratus. neq; ea res Tarquinio
 spem affectandi regni minuit: imo eo impensis,
 quia de agro plebis aduersum patrū voluntatē sen-
 ferat agi, criminandi Seruui apud patres, crescendiq;
 in curia sibi occasionem datum ratus est, & ipse iu-
 uenis ardantis animi, & domi vxore Tullia inquietum
 animum stimulante. Tulit enim & Romana
 regia sceleris tragici exemplum, vt tædio regū mat-
 tūrior veniret libertas, ultimumque regnum esset,
 quod scelere partum foret. Hic L. Tarquinius Prisci
 Tarquinii regis filius neposne fuerit, parum liquet:
 pluribus tamen auctōribus filium credidit. fra-
 trem habuerat Aruntem Tarquinīū, mitis ingenii
 iuuenem His duobus, vt ante dictum est, duę Tullię
 regis filię nupserant, & ipsę longe dispare mořib.
 Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matri-
 monio iungerentur, fortuna credo populi Romani,

quo diuturnius Seruui regnum esset, constituiq; ciuitatis mores possent. Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro neq; ad cupiditatem, neque ad audaciam esse, tota in alterum versa Tarquinium, eum mirari, eum virum dicere, ac regio sanguine ortum: spernere sororem, quod virum naeta, muliebri cœflaret audacia. Cōtrahit celeriter similitudo eos, vt fere fit, malum malo aptissimum. Sed initio turbandi omnia, a femina ortum est. ea secretis vii alieni assuefacta sermonibus, nullis verborum contumeliis parere de viro ad fratrem, de sorore ad virum: & se rectius viduam, & illum cœlibem futurum fuisse contendere, quam cum impari iungi, vt clangescendum aliena ignavia esset, si sibi eum, quo digna esset, dili deditissim virum, domi se prope diem visuram regnum fuisse, quod apud patrem videat celeriter adolescētem sua temeritatis implet.

47. Aruns Tarquinius, & Tullia maior prope continuatis funeribus, cum domos vacuas nouo matrimonio fecissent, iunguntur nuptiis, magis non prohibente Seruio quam approbante. Tum vero indies infestior Tullii senectus, infestius coepit regnum esse. iā enim ab scelere ad aliud spectare mulier scelus: nec nocte, nec interdiu virū cōquiescere pati, ne gratuita præterita parricidia essent. Nō sibi defuisse cui nupta diceretur, nec cum quo tacita seruiret: defuisse qui se regnognū putaret, qui meminisset se esse Prisci Tarquinii filium, qui habere quam sperare regnum mallet. Si tu is es, cui nuptam esse me arbitror, & virum, & regem appello: fin minus, eo nunc peius mutata est res, quod istic cum ignavia est scelus. Quin accingeris nō tibi ab Corintho, nec ab Tarquinis, vt patri tuo, peregrina regna moriri necesse est, dili te penates patriique & patrisimago,

effet, confidit
 aut fex Tullia
 peditate, neq;
 in verba Tarquinii
 ac regio langu-
 d' virum natum
 t celestis fama
 et cibum. Seli-
 um est ea fecer-
 nullis verbora
 trem, de for-
 lum cibilibus
 um impariorum
 a effet, si libi ca-
 rum, domi fep-
 id apud pane,
 remeritatis in-
 or prope com-
 as nouo mat-
 magis non p-
 Tum vero
 es copit regu-
 pectare inimic-
 osequiētere p-
 ent. Nō sibi de-
 quo tacita fer-
 ret, qui mem-
 i habere quan-
 cu napram eis
 vello - sin mina-
 od illuc cum igno-
 ibi ab Corinthio
 regina regnū
 patitiique & pa-
 mago, & domus regia, & in domo regale soliū, &
 nomen Tarquinii, creat vocatq; rege. Aut si ad hęc
 parum est animi, quid frufratis ciuitatę? quid te vt
 regiū iuuuenem conspici finis? faceſſe hinc Tarqui-
 nios, aut Corinthiū: deuoluere retro ad stirpē, ſiatri
 ſimilior quam patri. His aliiq; increpādo iuuuenem
 instigat, nec conquiescere ipſa potest: ſi, cum Tana-
 quil peregrina mulier tantum moliri potuifet ani-
 mo, vt duo cōtinua regna, viro, ac deinceps genero
 dediſſet: ipſa regio ſemine orta, nullum momentū
 in dādo adimen doq; regno faceret. His muliebrib;
 iſtinctus furii Tarquinius, circumire & prehensa-
 re minorū maxime gentiū patres, admonere pater-
 ni benefiци, ac pro eo gratiā repeteret: alicere donis
 iuuuenes: tū de feſe ingentia pollicendo, tum regis cri-
 minib; omnib; locis creſcere. Poftremo vt iam agē-
 dā rei tempus viſum eft, ſtipatus agmine armatorū
 in forū irrupit. inde omnib; perculfis pauore, in
 regia ſede pro curia fedens. patres in curiā per pra-
 conem ad regem Tarquinii citari iuſſit. Cōuenere
 extemplo, aliū iam ante ad hoc præparati: aliū metu,
 ne nō veniſſe fraudi eſſet: nouitate ac miraculo at-
 toniti, etiā de Seruio actū rati. Ibi Tarquinius ma-
 ledicta ab stirpe vltima orſus, Seruum, ſeruag; natū
 post mortem indignā parentis ſui, non interregno,
 vt antea, ipito, non comitis habitis, non per ſu-
 fragium populi, non auctoribus patribus, muliebri
 dono regnum occupaſſe. Ita natum, ita creatum
 regem, fauorem inſimi generis hominum, ex quo
 ipſe fit, odio alienae honestatis, ereptum primori-
 bus agrum forididissimo cuiq; diuifife: omnia onera
 qua cōmunita quondam fuerint, inclinasſe in primo-
 res ciuitatis: iuſtituiffe censum, vt insignis ad inui-
 diā locupletiorū fortuna eſſet, & parata, vbi vellet,
 egentiſſimis largiretur. Huic orationi Seruius cum

interuenisset, trepido nuncio excitatus, extemplo
 , , à vestibulo curiæ magna voce : Quid hoc, inquit,
 , , Tarquini, rei est? quatu audacia me viuo vocare
 , , ausus es patres? aut in sede confidere mea? Cum ille
 , , ferociter ad hæc, Se parris fui tenere sedem, multo
 quam seruum portiorem filium regis regni hære-
 dem: satis illum diu per licentiam eludentem insul-
 tasse dominis. Clamor ab vtriusq; fautoribus ori-
 tur, & concursus populi siebat in curiæ : apparebat
 que regnaturum, qui vicisset. Tum Tarquinius ne-
 cessitate tam etiâ ipsa cogente ultima audere, mul-
 to & atate & viribus validior, medium arripit Ser-
 uium: elatumq; e curia, in inferiorem partem per
 gradus deiicit. Inde ad cogendum senatum in cu-
 riæ reddit. At fugâ regis apparitorum, atq; comitiū
 ipse prope exanguis, cum semiämniis regio comit-
 atum domum se reciperet, peruenissetq; ad summum
 Cyprium vicum, ab iis qui missi ab Tarquinio fugi-
 entem consecuti erant, interficuntur. Creditur, quia
 non abhorret a cætero scelere, admonitu Tullie id
 factum, carpento certe, id quod satis constat, in for-
 um inuenta, nec revererunt cœtum virorum, euoca-
 uit virum e curia: regemq; prima appellauit. A quo
 facessere iussa ex tanto tumultu, cum se domum
 recipere, peruenissetque ad summum Cyprium ul-
 cum, ubi Dianum nuper fuit: flecent carpentum
 dextra in Virbiū cliuum, ut in collem Esquilarum
 eueheretur, restitutus pauidus, atq; inhibuit frænos is
 qui iumenta agebat, iacentemq; domina Seruum
 trucidatum ostendit. Fœdum, inhumanumque in-
 de traditur scelus, monumentoq; locus est. Sceleratum
 vicum vocant, quo amens agitantibus furis
 fororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum
 egisse fertur: partemque sanguinis ac cædis paternæ
 cruentum

excastra, exten-
 : Quid hoc, in
 a me vino voi-
 dere meatum
 nere sedem, mi-
 regis regni in
 n eludentem
 s; fautoribus
 in curia: appa-
 tum. Tarquinius
 tima audiret,
 medium amphi-
 iorem parem-
 im fenestratum
 rum, atque con-
 tinuis regio et
 id est; ad fun-
 Tarquinio ob-
 r. Creditur,
 monitu Tulli
 tis constat, in
 virotum, eum
 appellauit. At
 cum se domi-
 num Cypri
 dent carpent
 olem Equum
 inhibuit fratre
 dominum. Sena-
 tium manuamque
 locutus est. Sed
 agitacionis sa-
 corpus carpen-
 tis ac cadi par-
 eruento vehiculo, contaminata ipsa respersaque; tu-
 lisce ad penates suos, virisque sui: quibus iratis, malo
 regni principio similes propediem exitus sequeretur. Seruus Tullius regnauit annos quatuor &
 quadragesinta, ita ut bono etiam moderatoque succedenti regi difficilis simulatio esset. Ceterum id quoque ad gloriam accessit, quod cum illo simul iusta ac legata regna occiderunt. Id ipsum tam
 mitate ac tam moderatum imperium, tamen quia vnius esset, deponere eum in animo habuisse quidam
 authores sunt, ni scelus intestinum liberandę patrię
 consilia agitant interuenisset. **Inde L. Tarquinius** ^{rex} **49.**
 regnum accepit, cui Superbo cognomen facta indi-
 derunt: quia fœcari gener sepultura prohibuit, Ro-
 mulum quoque insepultum perisse dictitans: primo-
 resque patrum, quos Seruus rebus fauissime credebat,
 interfecit. conscientius deinde male qua rendi regni ab
 seipso aduersus se exemplū capi posse, armatis cor-
 pus circunsepsit: neque enim ad ius regni quicquam
 præter vim habebat: ut qui neque populi iussu, neque
 auctoribus patribus regnaret. Eo accedebat, ut in cha-
 ritate ciuium nihil spei reponenti, metu regnum tu-
 tandum esset: quem ut pluribus incenteret, cogniti-
 ones capitalium rerum sine consiliis per se solus ex-
 ercebant: perque eam causam occidere, in exilium
 agere, bonis multostare poterat, non suspectos modo
 aut iniurios, sed unde nihil aliud quam praedam spe-
 rare posset. Ita patrum præcipue numero imminuto,
 statuit nullos in patres legere, quo contemptior
 paucitate ipsa ordo esset, minusque per se nihil agi
 indignarentur. Hic enim regum primus traditum
 a prioribus morem de omnibus fenatum consulendi
 soluit: domesticis consiliis rem publicam admini-
 strauit: bellum, pacem, fœderas, societas per se ipse

25.
An. V.
C. 22.

cum quib; voluit, iniussu populi ac senatus fecit, dieremittq;. Latinorum sibi maxime gentem conciliabat, ut peregrinis quoq; opibus tutior inter ciues eset. neq; hospitia modo cum primorib. eorum, sed affinitates quoq; iungebat. Octavio Mamilio Tusculano: is longe princeps Latinī nominis erat, si fama credimus, ab Ulysse deaq; Circe oriundus: ei Mamilio filiam nuptum dat, perq; eas nuptias multos sibi cognatos amicosq; eius cōciliauit. **50.** Tam magna Tarquinii auctoritas inter Latinorū proceres erat, cum in diem certam, ut ad lucum Ferentī conueniant, indicet: esse quā agere de rebus communib; velit. Conueniunt frequentes prima luce, ipse Tarquinius diem quidem seruauit, sed paulo ante quā sol occideret, venit. multa ibi toto die in concilio variis iactata sermonib; erant. Turnus Herdonius ab Aricia ferociter in absētē Tarquinium erat inuectus. Haud mirū esse, Superbo ei inditū Romz cognomen (iam enim ita clam quidā missilantes, vulgo tamen eum appellabant) an quicquā superbius esse quam ludificari sic omne nomē Latinum? principib; longe ab domo excitis, ipsum qui concilium indixerit, non adesse, tentari profecto patientiam, ut si iugum acceperint, obnoxios premat: cui enim non apparere, affectare eum imperium in Latinos? Quod si sui bene crediderint ciues, aut si creditum illud & non raptum parcidio sit: credere & Latinos, quāquam ne sic quidem alienigenæ deberent. sin fuos eius pōnēteat, quippe qui alii super alios trucidantur, exultat eant, bona amittant, quid spei melioris Latinis portendi? si se audiāt, domum suam quemq; inde abituros: neq; magis obseruaturos diem eoneiliū, quam ipse, qui indixerit, obseruet. Hac atq; alia cōdem pertinētia, seditionis faci-

nōrō.

ac senatus; sed
 e gentes coadi-
 utior intercede-
 imorib. conu-
 tatio Mamilo
 ini nominis en-
 Circe orunda
 et ea negotia
 scilia. Nam me-
 torum processus
 Ferentia; con-
 rebus communi-
 tima luce; infel-
 ed paulo; ante
 to die in con-
 sumus Herodius
 Tarquinianus
 ei inditu Re-
 idā mustiter
 in quicquā su-
 e nomine Latin
 ipsum qui co-
 i profecto pa-
 roxius premie-
 rū imperium a
 int cives, aut
 cilio sit credo
 n alienigena d-
 epe qui ali spu-
 ona amittantur
 si se audiret, o-
 eque magis obli-
 ui in dicenti, o-
 ietia, editio*scilicet*

norofusq; homo, hisque artibus opes domi nactus,
 cum maxime differeret, interuenit Tarquinius. Is
 finis orationi fuit. Auerſi omnes ad Tarquinium
 salutandum. Qui silentio factō, monitus a proximis
 vt purgaret se, quod id temporis venisset, discepta-
 torem ait se sumptum inter patrem & filium, cura
 reconciliandi eos in gratiam, moratum esse. & quia
 ea res exemplis illum diem, postero die acturū que
 constituisset. Ne id quidem ab Turno tulisse tacitū
 ferunt. dixisse enim, nullam breuiorem esse cogni-
 tionem, quam inter patrem & filium, paucisque
 transfigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum in-
 fortunium esse. *Hac* Aricinius in regem Romanum
 increpans, ex concilio abiit. Quam rem Tarquinius
 aliquanto quā videbatur, argrius ferens, confestim
 Turno necem machinatur, vt eundem terorem,
 quo ciuium animos domi oppresserat, Latinis ini-
 ceret. & quia pro imperio palam interfici non po-
 terat, oblatō falso crimine insontem oppresſit. per
 aduersa factionis quosdam Aricinos seruum Tur-
 ni auro corrupti, in diuersorum eius vim magnam
 gladiorum inferri clam sineret: ea cum vna nocte
 perfecta essent, Tarquinius paulo ante lucem ae-
 citis ad se principi. Latinorum, quasi re noua per-
 turbatus, moram suā hesternam velut deorū quadā
 prouidentia illatam, ait saluti sibi atque illis fuisse.
Ab Turno dici sibi & primoribus populorum parari
 necem, vt Latinorum solus imperiū teneat. aggres-
 furum fuisse hesterno die in concilio: dilatam rem
 esse, quod auctor concilii absuerit, quē maxime pe-
 teret. inde illam absentis insectationē esse natam,
 quod morādō spēm destituerit, nō dubitare, si vera
 deferantur, quin prima luce vbi ventū in concilium
 se instruxit cum coniuratorum manu, armatusq;

51.

44 venturus sit dici gladiorum ingentem numerum esse ad eum conuentum, id vanum necne sit, exemplo sciri posse rogare eos, ut inde secum ad Turnū veniant. Suspectam fecit rem, & ingenium Turnū ferox, & oratio hesterna, & mora Tarquinii, quod videbatur ob eam differri cades potuisse. Euntin clinatis quidem ad credendum animis, tamen nisi gladiis deprehensis, cetera vana exsismaturi. Vbi est eo ventum, Turnum ex somno excitatum circumfistunt custodes: comprehensisque seruis, qui charitate domini vim parabant, cum gladii abditi ex omnib. locis diuerticuli protraherentur: enim nero manifesta res vīla, inquit, &que Turno cates: & confestim Latinorum concilium magno cum tumultu aduocatur. ibi tam atrox inuidia orta est, gladiis in medio positis, ut indicata causa, nouo genere lethi, deiectus ad caput aquæ Ferentinæ crat superne iniecta, faxisq; congefit, mergeretur. Reuocatis deinde ad conciliū Latinis Tarquinius, colaudatisque qui Turnum nouantem res pro manifesto parcidio merita poena affecissent, ita verba fecit: Posse quidem se vetusto iure agere. quod cū omnes Latini ab Alba oriundi sint, in eo federentur, quo ab Tullo res omnis Albana cum colonis suis in Romanum cesserit imperium: ceterum se utilitatis id magis omnium causa censere, viri nouetur id fœdus: secundaque potius fortuna populi Romani, ut participes Latinī fruantur, quam urbi excidia, vastationesque agrorum, quas Anco prius, patre deinde suo regnante, perpera fuit, semper aut expectent, aut patiantur. Haud difficulter persuasum Latinis: quanquam in eo fœderare superior Romana res erat. ceterum & capita nominis Latinī stare ac sentire cum rege videbāt. & Tur-
nus,

52.

gentientium
 anum necne
 inde lecum al
 & ingeniu
 nora Tarquinii
 es potuisse. In
 animis, tan
 ana exilium
 domo exitus
 ensisque fer
 t, cum gladi
 oraberentur
 que Turno et
 ilium magno
 rox inuidia en
 dicta causa, no
 uerentur. Ferentini
 s, mengeret
 is Tarquinii
 tem res pro
 fessilent, ita
 re agete, qu
 in eo fide
 is Albana cum
 peritum caca
 causa censere
 potius fortu
 ni fruantur, q
 agrorum, qu
 ante, perfec
 tur. Haud ill
 am in eo fide
 ram & caput
 ge ridebit, si

aus, sui cuiq; p̄iculi, si aduersatus esset, recens erat
 documentum. Ita renouatum foedus: indicatumque
 iuniorib. Latinorū, vt ex fœdere die certa ad lucum
 Ferentina armati frequentes adessent. Qui vbi ad
 edictum Romani regis ex omnib. populis cōuenere:
 ne ducem suum, neve lecretum imperium, propria
 ve signa haberent, miscuit manipulos ex Latinis,
 Romanisque, vt ex fide singulos facheret, binoque
 ex singulis: ita geminatis manipulis, centuriones
 imposuerit. Nec vt iniustus in pace rex, ita dux bellii
 praus fuit: quin ea arte æqualet superiores reges,
 ni degeneratum in aliis, huic quoq; decori offecis
 ser. Is primus Volseis bellum in ducentos amplius
 post luam etatem annos mouit: Suetiamq; Pome
 tiam ex his vi cepit. Vbi cum diuenditā XL. talenta
 argenti aurique receperisset, concepit ahimo eam
 amplitudinem Iouis templi, quæ digna deūm ho
 minumque rege, quæ Romano imperio, quæ ipsius
 etiam loci maiestati esset, capiūam pecuniam in æ
 dificationem eius templi seposuit. Excepit deinde
 cum lentius spe bellum: quo Gabios propinquam
 vr̄bem nequicquā vi adortus, cum obsidendi quoq;
 vr̄bem spes pulso a mōnibus adempta esset: postre
 mo minime arte Romana, fraude ac dolo aggressus
 est. nam cum velut posito bello, fundamenta tem
 pli iaciēdīs, aliisq; vr̄banis operib. intentum s̄e esse
 simularet: Sextus filius eius, qui minimus ex tribus
 erat, transfugit ex composito Gabios, patris in se
 ſequitās intolerabiliem conquerens. Iam ab alienis
 in suos vertisse superbiam, & liberorum quoq; cum
 frequentiæ tædere, vt quam in curia solitudinem
 fecerit, domi quoq; faciat, ne quam stirpem, ne quæ
 hæredem regni relinquat. te quidem inter tela &
 gladios patris elapsum, nihil v̄squam sibi tutum,

nisi apud hostes L. Tarquinii credidisse. nam ne et
rarēt, manere his bellum, quod positum simuletus.
& per occasionem eum incautos inuasurum. Quod
si apud eos supplicibus locus non sit, pererraturum
se omne Latium, Volscosq; se inde, & Aequos, & Herni-
cos petiturum: donec ad eos perueniat qui a pa-
trum crudelibus atq; impiis supplicis tegere libo-
ros sciant. forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum,
armaq; se aduersus superbissimum regem ac fer-
cissimum populum inuenturum. Cum si nihil mo-
mentetur, infensus ira porro inde abiturus videre-
tur: benigne ab Gabinis excipitur. Vtant mirari, si
qualis in ciues, qualis in socios, talis ad ultimum in
liberos esset: in le ipsum postremo sicuturum, si-
lia desint. sibi vero gratum aduentum eius esse, fu-
turumq; credere breui, ut illo adiuuante, ab portis
Gabinis sub Romana incenia bellum transferatur.
Inde in concilia publica adhiberi, vbi cum de alli-
zebus assentire se veteribus Gabinis diceret, quibus
hae notiores essent, ipse identidem belli autore-
fret: in eo sibi præcipuam prudentiam assumere, quod
utriusq; populi vires nosset, sciretq; iniuriam profe-
cto superbiam regiam ciuibus esse, quam ferre ne
liberi quidem potuissent. Ita cum sensim ad rebel-
landum priores Gabinorum incitaret, ipse cum
promptissimis iunctisq; predatum, atq; in expeditio-
nes iret, & dictis factisq; omnibus ad fallendum in-
strutis vana acreceret fides, dux ad ultimum bel-
li legitur ibi cum inscia multitudine quid ageretur,
prælia parua inter Roman Gabiosq; fierent, quib;
pleruntq; Gabina res superior esset: tum certatum
summi insinuiq; Gabinorum Sex. Tarquinium do-
no deum sibi missum ducem credere. apud milites
vtere obcundo pericula ac labores, pariter prædam
muniatis

57.

munifice largendo, tanta charitate esse, ut non pa-
 ter Tarquinius poterit Romam, quam filius Gabiis
 esset. Itaque potquam satis virium collectum ad
 omnes conatus videbat, tum e suis vnum sciscita-
 tum Romanum ad patrem mittit, quidnam se face-
 re vellet? quandoquidem ut omnia unus ipse Ga-
 biis posset, ei dii desiderant. Huic nuncio (quia credo
 dubia fidei videbatur) nihil voce responsum est.
 rex velut deliberabundus in hortum axium traxit,
 sequente nuncio filii ibi inambulans tacitus, sum-
 ma papauerum capita dicitur baculo decussisse. In-
 terrogando, expectandoque responsum nuncius
 fessus, ut re imperfecta, redit Gabi os: qua dixerit
 ipse, quaque videtur, refert. seu ira, seu odio, seu su-
 perbia inlita ingenio, nullam eum vocem emisisse.
 Sexto vbi quid vellet parens, quidve praecepit
 tacitis ambagibus, patuit: primores ciuitatis, crimi-
 nando alios apud populum, alias sua ipsos inuidia
 opportunos interemit. multi palam, quidam, in
 quib. minus speciosa criminatio erat futura, clam-
 interfesti. patuit quibusdam volentibus fuga, aut
 in exilium acti sunt: absentiisque bona iuxta
 atque interemptorum diuina fuere. Largitionis in-
 de prædaque & priuati dulcedine commodi, sensus
 malorum publicorum adimi, donec orba consilio
 auxilioque Gabina res regi Romano fine vila dimi-
 catione in manum traditur. Gabiis receptis, Tar-
 quinius pacem cum Aquorum gente fecit: foedus
 cum Tuseis renouavit. Inde ad negotia vibra-
 na animum conuerit. quorum erat primum, ut
 Iouis Templum in monte Tarpeio monumen-
 tum regni sui nominisque relinqueret. Tarqui-
 nios reges ambos, patrem voulisse, filium perfe-
 cisive, & ut libera a ceteris religionib. area esset tota

55.

Louis, templiq; eius quod in ædificare tur, exaugurare fana facellaq; statuit: quæ aliquot ibi a Tatio rege primum in ipso discrimine aduersus Romulum pugnæ vota, consecrata, inaugurateq; postea fuerant. Inter principia cōdendi huius operis, mouisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur deos. nam cum omnium facellorum exaugurations admitterent aues, in Termini fano nō addixer. idq; om̄en auguriumq; ita acceptum est, non motam Termini sedem, vnumq; eum deorum non euocatum sacratis sibi finibus, firma stabiliaq; cuncta portendere. Hoc perpetuitatis aufpicio accepto, secutum aliud magnitudinem imperii portendens prodigium est: caput humanum integra facie aperientib; fundamenta templi dicitur apparuisse. que visa species haud per ambages arcem eam impenit, caputq; rerum fore portendebat. idq; ita cecinete vates, quiq; in vrbe erant, quofq; ad eam rem consultandā ex Hetruria acciuerant. Augebatur ad impensas regis animus. itaq; Pometina manubie, quæ perducendo ad culmen operi destinatae erant, vix in fundamēta suppeditauere. Eo magis Fabio, præterquam quod antiquior est, crediderim, X L. ea sola talenta fuisse, quam Pisoni, qui X L. millia podo agenti seposita in eam rem scribit. quam summa pecunia neq; ex vnius tum vrbis præda sperandam, & nullius ne horū quidem magnificenter operum fundamenta nō exuperaturam. Intentus perficiendo templo, fabris vndiq; ex Hetruria accitis, nō pecunia solum ad id publica est vsus, sed operis etiam ex plebe, qui cum haud parvus & ipse militiae adderetur labor, minus tamen plebs grauabatur, si templa deūm ex ædificare manibus suis, quæ post hac & ad alia vt sp̄cie minora, sic laboris aliquanto

maioria

56.

maioris traducebatur opera, foros in cирco facien-
 dos, cloacamq; maximam, receptaculum omnium
 purgamentorum vrbis, sub terram agendam. quib.
 duobus operibus vix noua hаc magnificentia quic-
 quam adequare potuit. His laboribus exercita ple-
 be, quia & vrbи multitudinem, vbi vſus non esset,
 oneri rebatur esse, & colonis mittendis occupare
 latius imperii fines volebat: Signiam Circosque
 colonus misit, praefidia vrbи futura terra marique.
 Hac agenti, portentum terribile visum, anguis ex
 columna lignea elapsus, cum terrorem fugamque
 in regiam fecisset, ipsius Regis non tam subito pa-
 uore perculit pectus, quam anxiis impleuit curis.
 Itaque cum ad publica prodigia Hetruci tantum
 vates adhiberentur, hoc velut domestico exterritus
 visu, Delphos ad maxime inclytum in terris oracu-
 lum mittere statuit. neq; ita responſo fortium vlli alii
 committere ausus, duos filios per ignotas ea tem-
 pestate terras ignitoria maria, in Græciam misit.
 Titus & Aruns profecti, comes his additus L. Junius
 Brutus, Tarquinia sotore regis natus, iuuenis longe
 alius ingenio, quam cuius simulacionem induerat.
 Is, eum primores ciuitatis (in quibus fratrem suum
 ab auncullo interfectum) audisset, neque in animo
 suo quicquam regi timendum, neq; in fortuna con-
 cupiscendum relinquere, statuit contemptu tutus
 esse, vbi in iure parum praefidii esset. Ergo ex indu-
 stria factus ad imitationem stultitiae cum se suaque
 præda esse regi fineret, Bruti quoque haud abnuit
 cognomen: vt sub eius obtentu cognominis, libe-
 rator ille populi Romani animus latens aperiretur
 tempore suo. Is tum ab Tarquiinis ductus Delphos,
 Iudibium verius quam comes, aureum baculum in-
 clusum corneo cauato ad id baculo tulisse dona

70 Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sūt.
 Quo postquam ventum est, perfectis patris manda-
 tis, cupido incessit animos iuuenum sc̄iscitandi, ad
 quem eorum regnum Romanum esset venturum.
 Ex infimo specu vocem redditam ferūt: Imperium
 summum Roma habebit, qui vestrū primus o iu-
 uenes osculum mati tulerit. Tarquinii, vt Sextus,
 qui Roma relictus fuerat, ignarus responsi, expen-
 que imperii esset, rem summa ope taceri iubent. ipsi
 inter se, vter prior cum Romā redisset, mati oculu-
 lum daret, sorti permittūt. Brutus alio ratus specta-
 re Pythiam vocem, velut si prolapsus cecidisset,
 terram osculo contigit: scilicet quod ea communis
 mater omnium mortaliū esset. Rediut inde
 Roman, vbi aduersus Rutulos bellum summa vi
 parabatur, Ardeam Rutuli habebant, gens, v in ea
 regione, atq; in ea ætate, diuitiis præpollens. eaque
 ipſa causa belli fuit, quod rex Romanus tum ipſe
 ditari, exhaustus magnificientia publicorū operum,
 tum prædā delinire popularium animos studebat,
 preter alias superbiam regno infestos etiam, quod
 se in fabrorum ministerio, ac seruili tamdiu habitos
 opere ab rege indignabantur. Tentata res est, si pri-
 mo impetu capi Ardea posset, vbi id parū processit,
 obsidione munitionibusq; coepit premi hostes. In
 iis statuis (vt fit longo magis quam acri bello) fatis
 liberi committatus erant: primoribus tamē magis
 quam militibus, regii quidam iuuenes interdum
 ociū conuiuiis commissationibusq; inter se terebant.
 Forte potantib. his apud Sextum Tarquinium, vbi
 & Collatinus cenabat Tarquinius Egerii filius, in-
 edit de uxoribus mentio. suam quisque laudare
 miris modis. inde certamine accenso, Collatinus
 aegat verbis opus esse: paucis id quidē horis posse
 sciit;

scui, quantum ceteris præstet Lucretia sua quin,
 si vigor iuuentæ inest, confundimus equos? inui-
 sumusque præsentes nostrarum ingenia? idque
 cuique spectatissimum sit, quod nec opinato
 vii aduentu occurrit oculis. incaluerant vino. a-
 ge sane, omnes citatis equis aduolant Romanum. quo
 cum primis se intendentibus tenebris peruenis-
 sent, pergunt inde Collatiam: ubi Lucretiam, haud
 quamquam ut regias nurus, quas in coniuio luxu-
 que cum æqualibus viderant tempus terentes.
 sed nocte deditam lanæ inter lucubrantes ancillas
 in medio ædium sedentem iuueniunt. Muliebris
 certaminis laus penes Lucretiam fuit. adueniens
 Tarquinique, excepti benigne, victor maritus,
 comitem inuitat regios iuuenes. *Ibi* Sextum Tar-
 quiniū mala libido Lucretia per vim stuprandæ
 capit: tum forma, tum spectata castitas incitat. Et
 tum quidem ab nocturno iuuenili ludo in castra
 redeunt. Paucis interiectis diebus, Sextus Tarqui-
 nius inscio Collatino cum comite uno Collatiam
 venit. ubi exceptus benigne ab ignaris consilio,
 cum post coenam in hospitale cubiculum deductus
 esset: amore ardens. postquam satis omnia tutæ
 circa sopitique omnes videbantur, stricto gladio
 ad dormientem Lucretiam venit, sinistraq; manu
 mulieris pectore oppresso: Tace Lucretia, inquit,
 Sextus Tarquinius sum, ferrum in manu est: mo-
 riere, si emiferis vocem. Cum pauida ex somno mu-
 lier nullam opem, prope mortem imminentem vi-
 deret, tum Tarquinius fateri amorē: orate, miscere
 precibus minas, versare in omnes partes mulie-
 brem animum, ubi obstinatam videbat, & ne
 mortis quidem metu inclinari, addit ad merum
 deiecut: cum mortua ingulatum feruum nudum

E ♦

58.

positurum ait, vt in sordido adulterio necata dicatur. Quo terrore cum viciſſet obſtinatam pudicitiam velut viſtrix libido, profectusque inde Tarquinius ferox expugnato deore muliebri eſſet: Lucretia moeſta tanto malo, nuncium Romanum eundem ad patrem, Ardeamq; ad virum mittit, vt cum ſingulis fidelibus amicis veniant: ita factō maturatoq; opus eſſe, rem atrocem incidiſſe. Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Junio Brutuſo venit: cum quo forte Romam rediens, ab nuncio uxoris erat conuentus. Lucretiam ſedentem moeſtam in cubiculo inueniunt. aduentu ſuorū lachrymæ oborta, quarentique viro, Satin' ſaluę? Minime inquit, quid enim ſalui eftmulieri amifſa pudicitia? Vestigia viri alieni Collatine in lecto ſunt tuo: terum corpus eft tantum violatum, animus infons: mors teftis erit, ſed date dextras fidemq;, haud impune adultero fore. Sextus eft Tarquinius qui hoſtis pro hospite, priore nocte vi armatus, mihi ſibiq; ſi vos viri eftis, pefifterum hinc abſtulit gaudium. Dant ordine omnes fidem: conſolantur agramannim, auertendo noxam ab coacta in auctorem delicti mentem peccare, non corpus: & vnde conſilia abſuerit, culpam abeſſe. Vos, inquit videritis quid illi debeat: ego me etiſi peccato abſoluo, ſupplicio non liber. nec vila deinde impuſca Lucretia exēplo viuet. Cultrum, que in ſub veste abditum habebat, eum in corde defigit: prolapsaq; in vulnus moribunda eecidi. Conclamant viri paterq; Brutus, ille luſtu occupatis, cultrum ex vulnere Lucretię extractum manantem cruento pre ſe tenens: Per huc, inquit, caſtiffimum ante regiam iniuriam ſanguinem, iuro, vosq; dii teſtes facio, me L. Tarquiniū Superbum cum ſcelerata coniuge: & omni liberorū stirpe, fet-

59.

pe, ferro, igni, quacunq; dehinc vi possim, exacturū, nec
 illos, nec alium quenquam regnare Romā paf-
 surū. Cultrum deinde Collatino tradit. inde Lu-
 cretio ac Valerio stupentibus miraculo rei, vnde
 nouum in Brutī pectorē ingenium. Ut praeceptum
 erat, iurant totiq; ab iustū versi in iram, Brutū iā
 inde ad expugnandum regnum vocantem sequā-
 tur ducem. Elatum domo Lucretia corpus in forū
 deferunt, concientque miraculo (vt sit) rei noue, at-
 que indignitate homines, p̄o se quisque felius re-
 gium ac vim queruntur. mouet tum patris mortis-
 tia, tum Brutus castigator lachrymarum atq; iner-
 tium querelarum, authorg; quod viros, quod Ro-
 manos deceret, arma capiendi aduersus hostilia au-
 fos. Ferocissimus quicq; iuuenem cum armis volū-
 tarius adest: sequitur & cætera iuuentus. Inde pari
 præsidio relicto Collatia ad portas, custodibusq; datis,
 ne quis eum motum regibus nunciaret. cæteri
 armati duce Bruto Roman profecti. Vbi eo ventū est,
 quacunq; incedit armata multitudō, pauorem
 ac tumultum facit, rursum vbi anteire primores ciui-
 tatis vident, quicquid sit, haud temere esse rentur.
 nec minorem motum animorū Romā tam atrox
 res facit, quam Collatia fecerat. Ergo ex omnibus
 locis urbis in forum curritur. Quo simul ventū est,
 p̄co ad tribunū Celerum, in quo cum magistratu
 forte Brutus erat, populum aduocavit. Ibi oratio
 habita ne aquam eius pectoris ingeniiq; quod si-
 mulatum ad eam diem fuerat, de vi ac libido Se-
 xti Tarquinii, de stupro infando Lucretia, & misé-
 rabili cæde, de orbitate Tricipitini, cui morte filiæ
 causa mortis indignior ac miserabilior esset. Addita
 superbia ipsius regis, miseriaq; & labores plebis in
 fossas cloacasq; exhaustendas demersa. Romanos

homines victores omnium circa populorum opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos. indigna Seruii Tullii regis memorata cædes, & ineucta corpori patris nefando vehiculo filia, inuocatiq; vltores parentum dii. His atrocioribusq; credo, aliis, qua præfens rerum indignitas haud quaquam relatu scriptoribus facili subiicit, memoratis, incensam multitudinem perpulit, vt imperium regi abrogaret, ex ulesq; esse iuberet L. Tarquinium cum coniuge ac liberis. Ipse iunioribus qui vltro nomina dabant, lectis, armatisq; ad concitandum inde aduersus regé exercitum Ardeam in castra est profectus. imperiu in vrbe Lucretio præfecto vrbi amante ab rege instituto reliquit. Inter huc tunfultum Tullia domo profugit: execrabitibus quacunq; incedebat, inuocantibusq; parentum furias viris mulieribusq; **G**lazum rerum nunciis in castra perlatis, cum re noua trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus (fenserat enim aduentu) ne obuius fieret: eodemq; fere tempore diuersis itineribus Brutus Ardeam, Tarquinius Romanum venerunt. Tarquinio clausa portæ, exiliu m; indissu liberatorem vrbis lata castra accepere: exactiq; inde liberi regis, duo patrem secuti sunt, qui exultau Cære in Hetruscos ierunt. Sextus Tarquinius Gabios tanquam in suum regnum profectus, ab vltoribus veterum simulatum, quas sibi ipse cadibus rapinisque concuerat, est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnauit annos V. & XX. Regnatum Romæ ab vrbe condita ad liberatam annos ccxliii. Duo consules inde comitiis centuriatis a præfecto vrbis ex commentariis Seruii Tullii creati sunt, L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

D E C A-

DECADIS